



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Directorivm Sacerdotale & Clericorum Specvlvm Insigni
Pietatis Ac Devotionis Supellectili exuberans**

Kinckius, Matthias

Coloniæ, 1662

De hora celebrandi Missam,

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46628](#)

pri-
 oni-
 uod
 illis
 vel
 van-
 nili-
 ar in
 pan-
 SV.
 um: & in Adventu prætermittitur **Al-**
 leluia post Graduale cum suo Versu. Si di-
 cenda sit Missa Votiva, requiratur post
Commune Sanctorum suo loco. Si plu-
 res Orationes dicendæ sint, requirantur
 post Missas Votivas, suo loco de singu-
 lis rebus singulæ. Si pro defunctis di-
 cenda sit Missa, habetur post Missas vo-
 tivas, cum Collectis diversis, circa fi-
 nem Missalis, Ordo totius Missæ, cum
 Præfationibus, Canone, & aliis dicen-
 dis, habetur suo loco, cum proprio Mis-
 sarum de Tempore.

DE HORA CELEBRANDI
Missa.

XV.

1. Missa privata saltem post Matuti-
num, & Laudes, quacunque hora ab au-
rora usque ad meridiem dici potest.

2. Missa autem Conventionalis & solennis,
seuenti ordine dici debet. In Festis Duplicibus
& Semiduplicibus, in Dominicus, & infra O-
ctavas, dicta in Choro Hora tertia. In festis
Simplicibus & Feriis per annum dicta Sexta.
In Adventu, Quadragesima, Quatuor Tem-
poris

poribus, etiam infra Octavam Pentecostes, &
Vigiliis qua jejunantur, quamvis sint dies so-
lennes, Missa de Tempore debet cantari post
Nonam.

3. Missa autem Defunctorum dici debet
post Primam diei, ubi vero dicuntur eorum Vi-
gilia mane post Matutinum diei, dictis hujus-
modi Vigiliis cum Laudibus, immediate di-
potest Missa pro defunctis. Sed in die Commu-
morationis omnium fidelium defunctorum
Missa Conventualis dicitur post Nonam, qui
eo die est principalis. In die etiam Depositionis
Defunctorum, vel Tertio, Septimo, Trigesimo
aut Anniversario solenni, in quo fit concursus
puguli, poterit similiter dici ultimo loco post No-
nam.

4. Excipiuntur ab hoc ordine dicendi Mi-
ssam Conventualem, Missam in Nativitate Do-
mini, quarum prima dicitur post medium me-
diem finito Te DEUM laudamus in Matu-
tino, secunda in aurora dictis Laudibus ergo Pri-
ma, tertia vero in die post Tertiam, vel ubi al-
liter ex dispensatione disponatur.

5. Missa Votiva quia non correspondet
Officio, si solenniter celebrentur pro re gravi
vel publica Ecclesia causa cum populi frequen-
tia, dicantur post Nonam.

D